

VIDIT. DVOS. PROGENITOS
 ADHV C. SVPERSTITES. FILIOS
 IN. QVIBVS. EDVCANDIS
 SOLLICITAM. CVRAM
 PERTINACEMQVE. POSVIT. INDVSTRIAM
 TERMINVS. NVNC. INSTAT
 EHEV
 QVANTVS. DOLOR. EX. DIVTVRNO. PEDVM. TVMORE. ORTVS
 EVM. INVASIT
 PAVLLO. POST. FEMVR. VTRVMQVE
 VNA. CVM. INFERIORIS. VENTRIS. PARTIBVS
 GRAVIVS. INTVMESCERE. COEPIT
 QVI. TVMOR. DEINDE
 MIRO. NATVRAE. CASV
 MAGNA. AQVAE. INTERCVTIS. PARTE. EFFVSA
 PARVMPER. CESSAVIT
 VIRIBVS. TAMEN. SENSIM. MAGIS. MAGISQVE. DEBILITATIS
 QVVM. SVIS. VLTIMVM. VALERE. DIXERIT
 CONSTANter. EXPECTANS. MORTEM
 OBIIT
 MORTEM. SOMNO. SIMILLIMAM
 VT. NON. EX. VITA
 SED. EX. DOMO. IN. DOMVM
 MIGRARE. VIDERETVR
 FIDVCIA. SALVTARI. PLENVS
 REGNI. CAELORVM. POTIVNDI
 D. X. MARTII. ANNO. c1515CCLIIII
 AGENS. AETATIS. ANNOS. LXXIIII. DIES. XXII
 CORPVSQVE. NOCTVRNO. TEMPORE
 COMITANTIBVS. OMNIBVS. BONIS
 IN. MONVMENTVM. MVLLERIO. LAVHNIANVM
 VBI. FAMILIAE. OSSA. IN. ARAS. MIXTA
 REQVIESCVNT. IN. PACE
 VINARIAE
 FVIT. SEPVLTVM
 VIRTVTE. AC. MERITIS. HIC. CVMVLATVS. SENEX
 MAGNVM. AC. PROPE. INCREDIBILE
 SVI. RELIQVIT. DESIDERIVM
 LVGET. IN. PRIMIS
 PATREM. OPTIME. MERENTEM
 QVEM. VISCERIBVS. SVIS. PLVS. DILEXIT
 MAGIS. ETIAM. AMAVIT
 IVSTIS. LACRIMIS. PROSEQVTVS
 PATRIS. INDVLGENTISSIMI

R 2

DEVO: